



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Sequitur confirmatio Episcopalis super Beneficio S. in Hagenhil.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

pendat emolumenta distribuat, aliaque ministret eisdem Ecclesiastica Sacra-
menta, vna cum cimiterio & libera sepultura pro omnibus & singulis personis,
quas in ipso Canonicorum Collegio, nec non hospitali pro tempore mori con-
tigerit prout dictus Dominus Vlricus senior de Abensperg in literis Apostolicis ve-
tra bulla bullatis, Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini Innocentij diui-
na prouidentia Papæ sexti impetravit, verum etiam, ut prædicti Canonici pres-
byteri cum eorum Decano gaudent eisdem libertatibus & juribus, quib' aliae
Ecclesiæ collegiatæ in Dioceſi Ratisbonensi gaudere dinoſuntur & nihil omi-
nus ab eiusdem Domini Vlrici senioris de Abensperg ac hæredum suorum preſa-
torum & successorum suorum eorundem præsentatione: cum aliquis de prædi-
cto Collegio Canonicorum viam fuerit vniuersitate carnis ingressus per Decanum
& reliquos Canonicos de Collegio prædicto aliis discretus & approbatus sacer-
dos recipiatur, & sibi de juribus & redditibus Stalle in Cho-ro & Capituli pro-
uideatur per eosdem. Quapropter prædictus Dominus Vlricus de Abensperg
Senior cum suis hæredibus supradictis nobis humiliter cum instantia supplica-
uit, quatenus ipsorum fundatione seu dotatione. Collegij & hospitalis prædicto-
rum ac pie mentis intentione: dignaremur gloriosus & gratiosus confirmare.
Nos vero ad votiuam ipsorum instantiam eandem fundationem ratam ha-
bentes & gratam, ipsamque cum omnibus aliis acquirendis in posterum supradicto
rescripto apostolico & juribus Ecclesiæ parochialis in Eſting in omnibus tamca
ſaluis, quibus in nulla parte volumus derogare, auctoritate noſtra, in quantum
de jure possumus ex certa noſtra ſcientia approbamus & praefatibus confir-
mamus in quorum robur & testimonium prædictorum præſentes ſigillis noſtri
procurationis & Capituli noſtri duximus roberandas. Datum & Actum
Anno Domini Millesimo tricentesimo sexagesimo septimo, in crastino ſancti
Vdalrici egregii Confessoris atque Pontificis.

Sequitur confirmatio Episcopalis super Beneficio

S. in Hagenhyl.

ALBERTVS Dei & Apostolicæ ſedis gratia Episcopus Ratisbonensis, vniuer-
ſis & singulis has literas inspecturis, ſalutem in Domino ſempiternam. Ho-
norabilium & circumſpectorum armigerum nobis in Christo dilectorum Cas-
pari & Erasmi Geben fratrum noſtræ Ratisponensis Dioceſis, exhibita nobis peti-
tionem continebat. Quod cum ipſi quandam Capellam ſitam in Cimiterio paro-
chiaſi Ecclesiæ in Hagenhyl dictæ noſtræ Ratisbonensis Dioceſis ad laudem & gloriam
omnipotentis Dei, beatissimæque genitricis ſuæ virginis Marie totiusque Cu-
riæ cœleſtis triumphantis, ac ob ſalutem & remedium animarum ſuarum pro-
genitorumque & successorum ſuorum, & omnium animarum fidelium defun-
ctorum, vnam missam perpetuò celebrandam fundauerint & de propriis ſuis
bonis pro uno presbytero ſeu capellano, perpetuo ibi tenendo, copioſe dota-
uerint, videlicet bonis & redditibus subscriptis. Item primo vnam curiam in
Schaffhyl ſoluentem singulis annis duas ſcaphas cum dimidia filiginis & totidem
lachas avenæ, dimidiā ſcapham tritici & totidem ordei mensuræ in Altman-
ſtein ac ſexaginta denarios Ratis. de pratī in vulgo Wifgelt. Item in Niderholling
vnam curiam, ſoluentem etiam singulis annis duas ſcaphas filiginis & totidem
ſcaphas avenæ, dimidiā ſcapham tritici, & totidem ordei, mensuræ prædictæ
& duos panes, vulgariter nuncupatos zwo Weißhait. Item in ambabus villis di-
ctis Osendorf & in Hyttenhausen decimas, cum quatuor ſcaphis cuiuslibet bladi,
& quarum dictarum pratī in vulgo, zway Tagwerch Wismaths. Item in Hagenhyl
vnam



vnam domum cum artis & hortis ab aliis attinentiis suis, & vnam Hubam sol-
 uentem siogulis ahinis duas scaphas siliginis & auenæ mensuræ supradictæ, &
 quadraginta denarios Ratis: de pratis vulgariter Wissgelt pro quibus bonis &
 redditibus, sic enumeratis, quilibet sacerdos seu Capellanus institutus vel in-
 stituentur debet & tenetur in Capella prædicta absque ipsius Parochialis Eccle-
 sia in Hagenhyl, periculo & detrimento præfatam celebrare missam, yna die fin-
 gulis hebdomadis per annum duntaxat excepta in qua vacare poterit, & si legi-
 tum ac euidens impedimentum euenerit, poterit & per duos abstinere dies,
 quia pro celebrando missa dominicum altare quotidie accedere laboriosum.
 est. Cenæ etiam Domini parœcues, & vigilæ pâschæ diebus duntaxat exceptis,
 in huiusmodi missis non est solitum celebrari, debet etiam & tenetur idem Ca-
 pellanus hebdomadatim feria secunda ipsam Ecclesiam circuire, aspergitorum
 per cimiterium spargendo, & memoriam ipsorum fundatorum ac progenitorum
 suorum agere, debet etiam & tenetur in omnibus festiuitatibus Beatae Mariae
 Virginis, ac diebus Apostolorum & signanter in summis festiuitatibus, videli-
 cet Natiuitatis Christi, Epiphaniae, Palmatum, Cenæ Domini, Parœcues, Pasche,
 Ascensionis Domini, Pentecostes, & per oclausas corporis Christi, Dedicacionis
 parochialis Ecclesiæ *, dignis intereste officiis, de nocte in vesperis & mane
 missarum solemnis & omnibus prædictis festiuitatibus sepedictus Capellanus
 debet peragere ipsam missam, sine detimento parochialis Ecclesiæ supradictæ,
 tenetur etiam plebanus ibidem in die dedicationis præmemorata Capellæ fi-
 deliter assistere, & si funus aliquius potenter personæ præsens extiterit, ipse Ca-
 pellanus in ipsa matrice Ecclesiæ adiussum plebani celebabit, & tenetur
 etiam sepedictus Capellanus, ipsi plebano, qui pro tempore est aut erit in om-
 nib. licitis & honestis obedire, si vero Capellanus, qui pro nunc est, aut in futu-
 rum erit, circa præmissa negligens fuerit, prædictam missam, sub forma ut præ-
 mittitur, non agendo rotiens quotiens, hoc sine impedimento legitimo conti-
 gerit ad solutionem quatuor denariorum, ad prædictam missam ipsius Capellæ
 dandam puniatur, ipse condignam reatus sui pœnam sentiat, & quis tam merito-
 rum & salubre in perpetua maneat firmitate, ius vero patronatus sibi & suc-
 cessorib. suis masculini sexus, ac deinde venerabili Capitulo Ecclesiæ Collegia-
 tæ in Effing seruando & retinendo, ita quod ipsi & hæredes sui masculini sexus in
 perpetuum si qui fuerint ad dies vitæ suæ, quod si non fuerint, rotiens quotiens
 tunc ipsam Capellam seu missam vacare contigerit, præfatum capitulum elige-
 re habet, idoneum & discretum presbyterum eundemque nobis & successorib.
 nostris, infra tempus, à Canonib. diffinitum præsentandū per nos aut Vicarium
 nostrū eundem presbyterum ad dictā Capellā & missā instituendam. Quæ omnia
 & singula honorabilis vir Dominus Fridericus Stettner Rector dictæ parochialis
 Ecclesiæ in Hagenhyl coram nobis attentauit, eisq; pro se & successorib. suis dictæ
 Ecclesiæ in Hagenhyl, Rectoribus libere & expreſſe consensit. Quaræ prædicti
 Caspar & Erasmus nobis debita cum instantia humiliter & instanter supplica-
 runt, quatenus nos prædicta missæ fundationem & dotationem, presbyteris
 que seu Capellani ordinationem ac missæ celebrationem admittere & ex spe-
 ciali gratia confirmare dignaremur. Nos igitur opis tam laudabile & salubre
 benigno prosequentes affectu, volentesque præfatorum Caspari & Erasmi Geben
 fratrum coemandandum in Domino propositū fauorabiliter promouere, præ-
 fatæ missæ celebranda fundationis presbyterisque seu Capellani institutionis &
 ordinationis contractū, pro vtrite & rationabiliter factus & initus est in forma-
 petia, iuxta donationis ipsorum Caspari & Erasmi fratrum litteram quam apud
 nostras præsentes litteras teneri volumus pro insertis & conseruari in-

omnibus suis clausulis, Capitulis, & poenis vniuersis autoritate nostra ordinaria omni via, ordine & modo, quibus melius de iure valere potest præsentibus confirmamus, approbamus, ratificamus, ac robur habere decernimus perpetuæ firmitatis, prædictam missam in perpetuum beneficium erigendo, saluis tamen iuribus Ecclesiæ parochialis in Hagenhyl, in cuius contemptum nihil approbare volumus, nec aliquomodo tenemur prohiben: sub intermin: diuinij Iudicij, ne quis aduersus ea facere, aut ea ausu temerario præsumat violare, nec etiam quovis modo infringere. In quorum omnium evidens testimonium, & certitudinem firmorem, præsentes fieri iussimus litteras, maioris nostri sigilli munimine roborat: Datum Ratisbonæ, Anno Domini Millesimo, quadringentesimo, quarto decimo, die verò vice prima quinta mensis Octobris.

ET AL MONASTERIVM ORDI
NIS S. BENEDICTI. &c.

IMPERATOR Ludouicus quartus / ut habet historia Monasterij, sed Joannes Auent: in Annalibus suis, lib. 7. fol. 790. non meminit historie sequentis, forte non fatus fide dignæ &c.) cum propter nimias impensis, quas in Italia fecerat, ita ut ei iam necessarij sumptus pro redditu in Germaniam deficerent, admodum sollicitus esset, venienti quadam die ad se Monacho, & spem facienti, illum ex his malis emersarum: ea conditione, si postquam in Germaniam rediisset, Monasterium in loco suæ ditionis, quod dicatur Ampherang, in honorem, Dei & beatissimæ Virginis Mariae extrueret, fidem dedit, se illud sedulo executum, & Cœnobium in prædicto loco sibi tunc ignoto conditum. Namobrem illico à quodam Regulo Italiam, quem vna cum ditione sua libertatis iure donavit, magnam pecunia vīm accepit; ita ut oppignorata omnia redimere posset. In Germaniam itaque reuersus, in Partenkirchen à quodam suo venatore Magistro Henrico Vend nomine, exceptus est, ex quo de loco illo Ampherang quæsivit; Cumque ille in vicinia iam esse diceret, eo que Imperatorem deduceret, iussit Imperator illic ligneam domunculam pro venatore adficare, syluamque inibi olim latronum receptaculum extirpari, & ita Monasterium, quod promiserat erigi, in honorem B. Mariæ Virginis, posuitque primum lapidem, simul quoque offerens effigiem beatæ Virginis ex alabastro factam, quam illi Monachus in Italia dederat, quæ usque hodie adhuc ibi ostenditur, in die Vitalis Martyris, Anno 1330. Instituitq; Abbatiam S. Benedicti pro 20. Monachis, quorum 14. Sacerdotes esse deberent: Primus Abbas ex Monasterio Reichenbach hue positus, nomine Fridericus Henrichreuter, post cuius obitum Priorem in Nidernaltaich, nomine Eberhardum, Abbatem huius loci fecit. Posuerat eodem loco tredecim Equites auratos emeritos; quorum unus Magister ac superior esset, vnam cum coniugibus eorum, ac aliquot viduis, quibus æquæ ac Sacerdotibus omnia ad vitæ sustentationem necessaria præberi ordinauit, atque hoc Cœnobium vocauit Etal. Durauit hæc constitutio usque ad obitum Imperatoris; postea filij ipsius bona illa & redditus ad se rapiebant, ita ut oportuerit illos milites hinc alio migrare. Et Abbas Eberhardus, resignatione facta, rediit ad suum Monasterium Nidernaltaich. Tertius Abbas, nomine Iodocus ab Agenvang, fuit homo magnificus, sub quo Monasterium magnam suorum honorū iacturam fecit, sub huius Abbatis anno quarto Marchio, scilicet Ludouicus filius Imperatoris, qui ante a multa bona abstulerat, constituit Aduocatum Monasterio nomine Heinricum Eschilpeck, qui ante scriba Monasterij fuerat; hic magno ære alieno grauauit Cœnobium. Præfecit, deinde alium, nomine Fridericum